referre ad intellegentiam saluatoris. Quod
fugerit quod dormierit quod præcipi
tatus in mare sit. Quod susceptus a ceto.
quod eiectus in litus poenitentiam præ
dicaret. Quod constristatus ob salutem ur
bis. In umbra cucurbitæ sit delectatus
umbraculo. Quod repræhensus a dō cur
maiorem curam habuerit herbæ in
rentis & extemplo aridæ; Quã tantę
hominum multitudinis. & cętera quae
in ipso uolumine explanare nitemur. &
tamen ut totũ prophętę sensum breui pfa
tione comprehendam. Nullus melior in
pisin interpres erit. quam ipse qui inspira
uit prophętas. & futuræ ueritatis in ser
uis suis lineas ante signauit. Loquitur
ergo ad iudęos sui sermonis incredulos. Et
xp̄m dĩ filium nescientes. Uiri nineuitae
surgent in iudicio cũ generatione ista.
Et condemnabunt eam quia paenitentiã
egerunt in praedicatione ionae. Et ecce
plus quam iona hic; Condemnatur gene
ratio iudaeorũ credente mundo & nineue
agente paenitentiã isrł incredulus perit;
Illi habent libros. Nos librorũ dñm; Illi te
nent prophętas. nos intellegentiã prophe
tarum. Illos occidit. Nos uiuificat sps̄.
Apud illos barrabas latro dimittitur.
Nobis xp̄s dĩ filius soluitur;

EXPLICIT PROLOGUS

Et factũ est uerbũ dñi ad ionam filiũ
amathi dicens. Surge uade inni[neuen]
ciuitatẽ magnam. Et praedica in ea q[uia]
ascendit malitia eius coram me; LXX exce[p]
to eo quod dixerunt. Ascendit clamor mali
tiae eius ad me. Cętera similiter transtule
runt; In condemnationẽ israhelis Ionas
ad gentes mittitur. quod nineue agente
paenitentiã. illi in malitia pseuerent;
Porro quod ait malitia eius ascendit corãme.
Siue clamor malitiæ eius ad me. Hoc ipsum
est quod in genesi dicitur. Clamor sodomæ
& gomorrae multiplicatus. ē. Et ad cain.
Uox sanguinis fratris tui clamat ad me
de terra. Iuxta tropologiã uero dñs noster
ionas. hoc est columba siue dolens; Utrũ
que enim interpretatur. uel quia sps̄ scs̄
in specie columbae discendit & mansit
in eo. uel quia nr̄is doluit ipse uulnerib;
Et fleuit sup hierusalem. Et liuore eius sana
ti sumus. Uere filius ueritatis. Ds̄ quippe ue
ritas est. mittitur ad nineuem pulchrã.
id est mundum. quo nihil pulchrius oculis
carnis aspicimus. Unde & apud grecos abor
natu nomen accepit ΚΟϹΜΟϹ; Consum
matisque operib; singulis a deo dicitur.
Uidit dñs quia bonum; Ad nineuen inquã
ciuitatẽ magnã. ut quia isrł audire con
tempsit. Totus gentiũ mundus exaudiat;
Et hoc propterea quia ascenderit malitia
eius coram dō; Cũ enim ds̄ quasi quandam
pulcherrimam domũ seruituro sibi homini

XVI

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0212